



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Sancti Petri Collegivm Cathedrale Middelburgense, & alia in Zelandia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

*Chimaci, qui apportauit corpus Sanctæ Priscæ de partibus Romæ, qui obiit anno millesimo ducentesimo octogesimo secundo.*

Est autem Chimacum vulgò *Chimay*, Hannoniæ opidum diœcesis Leodiensis, duabus filuis, Fania & Theoracia interclusum, Principatus titulo nobile, quod hæctenus gentis Croyæ, nunc est Arenbergicæ de Lingne.

## CAPVT CIII.

SANCTI PETRI COLLEGIUM CA-  
*thedrale Middelburgense, & alia in*  
*Zelandia.*

**C**ollegium istud Canoniorum quatuordecim, & vnius Decani, institutum est anno millesimo trecentesimo vndecimo in honorem Sancti Petri à *Guilielmo* Imperatore, eodemque Hollandiæ, ac Zelandiæ Comite, vt tradit Ioannes Becanus Canonicus Ultraiectinus in historia Episcoporum Ultraiectensium. & Comitum Hollandiæ anno millesimo sexcentesimo duodecimo. Franequerę in Frisia typis edita.

Porro donatum est istud Collegium Cathedra Episcopali anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono. per Paulum III. Pontificem Maximum petente Philippo Rege Catholico, eodemque Hollandiæ ac Zelandiæ Comite.

Primus Episcopus Middelburgensis fuit  
*Nicolaus*

*Nicolaus à Castro*, patria Louaniensis, olim collegij Busli diani in ea Acadamia præses, qui anno millesimo quingentesimo septuagesimo tertio Middelburgi obiit.

Secundus fuit, *Ioannes à Stryen*, Zelandus, qui regio pastorum seminario Louanij Præfectus ibidem obiit.

Tertius fuit *Philippus Rodoarius Berlegemius* vir generis nobilitate, alijsque virtutibus clarus, qui postea factus est Episcopus Bruggensis.

Sunt autem in diœcesi Middelburgensi oppida subsequentiâ: Middelburgum, Vlissinga, Vera, Goufa, Ziricæa, & Romersvvalia cum Tola insula.

**SANCTI MARTINI COLLEGIVM**  
*Middelburgense in VVestmunster.*

**C**ollegium istud duodecim Canonico-  
rum fundatum est à Maximiliano Im-  
peratore & *Maria* eius coniuge anno millesi-  
mo quadringentesimo septuagesimo nono  
7. Idus Iunij.

**SANCTI LIVINI COLLEGIVM**  
*Ziricæum*

**F**undatum est collegium istud XXIV.  
Canonicorum ab *Auberto* Bauaro, Hol-  
landiæ & Zelandiæ Comite, anno trecētesimo  
septuagesimo octauo.

S. M A-